

1356. In Augusto. Ex MS. Arch. Regni.

64.

Privilegium foundationis Ecclesie Arme-
norum in Civitate Leopoliensi ex ori-
ginali Armenico idiomate in parga-
meno conscripto in Latinum de ver-
bo ad verbum transpositum cum
subscriptione testium infranominato-
rum cujus ea sunt verba.

148

Jesus Christus scriptura foundationis
Sanctae Ecclesiae. Haec est voluntatis nostrae
et fidei scriptura, Jacobi filii Szakiv
Sachi incola Nafensis, et Danosij filii
Abrahami incola Nahelenvis, qui dedi-
mus istam scripturam fidei nostrae, quia
votum facimus Sanctae Dei Genitrici, et
aedificavimus Sanctam Ecclesiam in Civi-
tate Leopoliensi Armena Confessionis vi-
tus Sancti Illuminatoris, obedientibus Pa-
triarchae et Episcopo Armeno, nec non et
senioribus. Ad quam ab hoc tempore,
nec filii nostri nec filiae, nec fratres, nec
nepotes; insuper nec consanguinei quic-
quam potestatis habebunt, praeter orna-
menta et opera misericordiae exercenda,
tam super Ecclesias, Sacerdotes, Seniores,
sicut et super bona Ecclesiae; et qui-
cunque fuerit se intricare, aut impuden-
ter hoc sibi arrogare voluerit, hoc sit co-
ram omni judicio mendacium, et con-
demnatum à Deo, Ecclesia Sancta, San-
ctaque

etque Dei genitricis, ac sanctis Aposto-
lis, testimonio Dei et Seniorum Scripta
est Scriptura; Anno Octuagesimo decimo
secundo juxta Supputationem Armenici
Calendarii 30. Augusti juxta calen-
darium Romanum, Anno millesimo tre-
centesimo quinquagesimo sexto. Nomi-
na testium. Ego Abrachamus Officia-
lis; Ego Aristaces Regularis; Ego Ioan-
nes Monachus; Ego Christinus Presbyter;
Ego Cradi filius Sergius; Ego Joannes
filius Christophori; Ego Tolacu Themo-
nii filius; Ego Melich Robani filius;
Ego Muradin Andree filius; Ego A-
bisyr Tsuaduri filius; Ego Amir Ser-
gius Joannis filius; Ego Amirbec Ioan-
nis filius; Ego Jacobus Isaaci filius;
Ego Nadjardyn Jacobi filius; Ego A-
suadur Sagfori filius; Ego Orusbegus
Sagfori filius; Ego Cosroes Avaconci-
us.